



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Hieronymvs D. Eccl. 30. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

didissimum templum posuit, cuius exempli sui heredes viros deinceps principes permultos, sed nostram potissimum in tempestate habuit. Vidit certe Bavaria in eam magnificentiam sacra D. MICHAELI testam exurgere, ut aut has aedes terra dignas aut nullas habeat, quas caeli Princeps post caelum incolat. Quamvis, si verum loqui velimus, non tam Angeli nobiscum, quam nos secum habitare percipiant.

Quantam sollicitudine nobis opus est, ut dignos nos exhibeamus Angelorum frequentiam. Et eo modo converseremur in conspectu eorum, ne forte sanctos offendamus obtutus? Ve enim nobis, si provocati peccatis nostris indignos nos judicaverint sua visitatione.
Bern. S. I. de S. Michaeli.

S. HIERONYMVS D. ECCL.

30. Septembris.

FVIT HIERONYMVS natione Dalmata. Mundum penè omnem cum lustrasset, neque ulquam hic arideret, pedem extra mundum tandem posuit, hoc est, ad Anachoretas transfugit. Hic dum identidem profanos adhuc scriptores lectitat, evocatus ad divinum tribunal, quis sit? rogatur. Respondet Christianum se esse: ac negat iudex, Ciceronianum esse dictitans, non Christianum; simul mendacii convictum caeli cameram imperat, dum vitae emendationem HIERONYMVS, caelites vadimonium spondent. Et certe amplius quid fuisse quam somnium sparsæ passim per omnem corpus plagæ loquebantur. Quid jam mirum, si exinde, quidquid demum ageret HIERONYMVS, auribus tuba illa fatalis obmurmurabat, oculisque vindex ille iudex oberrabat? Porro in more positum

30. Sept. tam habuit, cum orcus incurfaret, ad Iefu pedes confugere, hos longis jejuniis multisque lacrymis mollire, infesta interim cogitationum agmina affiduis saxorum ictibus à pectore propulfare; tam dulci victoriz fructu, ut quandoque sublatum in celum fe putaret, qui merum modò imis fe inferis credebat. Interim etiam dum vixit, Doctorem suum in HIERONYMO orbis Christianus coluit, hostem verò hærefis extimuit. Ipse vitam denique sibi claufit, ubi ordiri Deus iafans voluit, magnus heros, ut cui in tumulam Christi cumæ cesserunt.

Ex vita & ejusd. ep.
Ecce de calo tuba canit; ecce cum nubibus debellaturus orbem Imperator armatus egreditur; ecce hic acutus gladius ex Regis ore procedens obviam que metit; & tu mihi de cubiculo ad aciem, tu de umbra progredieris ad solem? S. Hier. Ep. 1.

S. GREGORIVS ARMENIVS EPISC.
30. Septembris.

GREGORIO huic nostro patria cognomen Armeno fecit. A Tiridate rege supplicis, quantis vix ullus alius Martyr, exercitus duravit tamen, inter mille mortes numquam mortuus. Datum Catalogum cruciatuum, sed non capit hos scheda hæc: totum illi librum vitæ implent. Tibi hoc sufficiat, Lector: non ferenda tulit, non dicenda nobis fecit. Itaque victor in omnibus pugnis, demum in cisternâ altitudine suâ & fetore horridâ ipsos annos x. & iv. triumphavit, cum antoniam diurnam panem unum matrona vidua subministraret. Inter hæc Agni auspiciis in Armeniam advenit totum virginum agmen. Ducebat Galana ancistita: formâ verò inter omnes eminentissimâ.